

Classē mittat q̄ celerrime. Tum naues & quę sibi aderāt instruunt: & quę
aberant accersunt. Castellum qđ in ulteriore bronduli ripa Deodatum du-
cem urfi filium construxisse diximus: ualido firmant presidio. Aliaq; parāt
quę longinquo sustinendo bello necessaria uideantur. Neq; Nicephorus se-
gnior. Rursum Paulum patricium aucta superioris anni classe: bellum pi-
pino inferre iubet q̄ potest maximum. Is in Tyrhenū mare delatus: ut bel-
lum a dalmatis & uenetis auertat: Populoniā Ethrurię urbem iuxta eam
quę nunc plumbinum uocatur: partim fraude: partim uiribus captam diri-
pit. Ceteras eius orę urbes uexat: ferro incēdiisq; nauigiis oībus cōsumptis
igni: aut demersis. Alia pręterea Nicephori Classis pręfecto Niceta patri-
cio: ī mare Adriaticum delata: Italię oram pipini partium exagitat. Coma-
clum adoritur uetustum oppidum & ī stagnis palustribus haud pcul a Ra-
uēna situm: sed quoniam maritimus estus: aqua uix uadis innatante maio-
ra nauigia admittere nō ualebat: classis altum tēuit: nec admota oppidi mē-
nibus est. Minoribus quicqđ potuit ferro igniq; circūquaq; demolitur. Tā-
dem uastata oī ea ora in dalmatas declinat: easq; urbes hortatur: ut in fide
pmaneāt: Venetias est delatus. Magno exceptus honore ac lętitia. Interea
uero quum e constantinopoli dux beatus reuertisset multis auctus honori-
bus: pręsertim cōsulatu: Qui honos p̄tospathario habebatur maior: Obe-
lerius in fratrem liuore maiorem imodum est cōmotus: q̄q̄ iam antea inter
eos haud occultę essent similitudines. Fuisse. n. Beatum ferunt amabili īgenio
atq; tractabili. Obelerium autē īsolētiori: uerbisq; & factis (ut diximus) fe-
rociori. Pręterea hi Gallici motus: sicut obelerii gratiam auctoritatemq; mi-
nuerant: Quippe qui gallicam duxerat uxorem: ita auxerant Beatī. Pręter
id qđ quum Carolus ad urbem ire pergeret: p̄fectus est ut diximus ad eū
uiscendum obelerius cū Fortunato. Quos pipinus excepit nimīū q̄ familia-
ritei. Eas oēs ob res quū increbuisse opinio cum gallis eū sentire: Seq; tū
despectum: tum suspectū cerneret: nouas res uoluere animo cepit. Tandē
qđ ad Carolū in germaniam pfugit. Exponit fratris iniurias. Quem spon-
te in ducatus cōsortium asciiisset: opes cōmunicauisset: male sibi gratiam
relatam. Cætera pati potuisse. Sed quum insidias suę uitę tēderet: nō tulit
se: cōfugisse ad opem Caroli unicum ī terris iustitię profugiū. Tum demō-
strat paruo negocio fieri posse: ut ueneti uel inuiti ad eius partes trahantur
Fortunato patriarcha fidissimo amico ad id maxime amittēte. Obelerium
tamen & beatum in gratiam rediisse: euentus ipse docuit: ut paulo post do-
cebimus. Ambosq; q̄si ueneta despata re ad pipinū transiisse. Addunt ad
hec alii: & gallici pręsertim auctores quos recentiores sunt secuti. Pipinū non
multo post audita Nicephori classe: Quū se īparē maritimis uiribus cerne-
ret: nec cōgredi auderet: ad agendū de pace reuertisse. Cōuenisse p̄ dalmatis